Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 26 [heute: London, Wellcome Library, MS 491]

, 40.

ohne Zehrgeld. Und ~~fünftens~~ ist ein Empfehlungschreiben den Fr. Leonardus Fessl Gardianus fratrum minor. domus Moiach. von allen Landsmannen, daß sie den in die Fremde gehenden Fiem Mich. Molé pfessum ad sacerdotem sacri ordinis Francisci nicht hindern, sondern unterstützen möchten.

+ ordinis

[2 Schwandner Bifl.]

Jo. Mesuhe Damasceni Grabadin

Cod. XXVI. deest

membran. Fol. foc. 15.

1.
2.

Continet Jo. nacatem filii Mesuhe Grabadin, i.e. (ut Mercklinius in Linden. tenor. interpretatur:) Compendium secretorum Medicamentorum. Proemium operis ita incipit: "In nomine Dei misericordis "Johanis nacatem filii mesuhe Grabadi med(ici), "narum:) particularii incipit." Q' est Grabadi Suffi "cientie medicine et perfectum inquit Johs mesuhe". Totius operis conspectum exhibet eadem profatio in hunc modum: "Perfectum erit opus hoc trifectum erit "opus hoc (a) quod aggredior et prima erit Sectio sectio "(b) ejus de medicinis egritudinum particularium que "sunt a capite usque ad pedes. Secunda de medicinis "egritudinum universalium. Tertia de medicinis que "sunt adornandum et decorandum". Tres ista lectiones fiantur in 10 particulas, particula denuo in summas. In fine codicis legitur: "finitus feria quarta post Judica per me Johem Lindner de Wasserburga Anno Dni 1418. (1418). Nomen hoc scriptoris esse, affirmare vix auderem, nisi id ipsum codicis nostri

(a) error aut Translatoris aut Scriptoris.
(b) idem

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 26 [heute: London, Wellcome Library, MS 491]

, 41.

dorso legerem affixum tanquam Authoris. Nemo autem putet, in eo contineri integrum Joh. Mesuhes laborem; neque enim prima sectio (: 3 particulis constans :) absolvitur, sed finitur particula secunda (: quae habet Sumas sea :) Suma 3tia. Ultima in Ms. nostro inscriptio est: "de egritudinibus cordis."

Jam quid de Authore nostro, ejusque operibus sentiam, dubius haereo, tanta est variorum eruditorum varietas. Ger. Vossius de nat. art. sive de Philosophia lib. V. cap. 14. unum adducit Joh. Mesuem Damascenum, qui claruit circa an. 1138. et duos libros arabice scriptos reliquit: prior continet canones universales, posterior est de simplicibus; ejusque biographiam proponit verbis Leonis Africani ex scripto de doctis arabibus. (c)

(c) Ex Euonymo Philiatro, idem: Conrad. Gesnero.

Vossio e diametro oppositus Alb. Fabricius Bibl. graeca T. 13. p. 256. duos statuit Jo. Mesues Damascenos. Unum circa an. 791. qui librum Aphorismorum ibo ad filium, librum de febrium curatione et alios de medendis variis corporis humani passionibus composuit; atque de hoc loqui Leon. Africanum asserit. Alterum Jo. Mesue Damascenum juniorem, nepotem Regis Damasci, qui claruerit circa an. 1160. et cujus feruntur latine ex arabico versa: Libri duo de medicamentorum purgantium delectu, castigatione et usu; canones universales et de simplicibus; libri duo compendii secretorum medicamentorum, antidotorum et de appropriatis. (d)

(d) Ex Lindenio.

J. Gothofr. Hahnius in epistola ad Alb. Fabricium, Joannem Damascenum unum atque eundem esse cum seniore Mesue Syro evincere studuit, eique subscribere videntur Kestnerus in Bibl. medica p. 166. et Freindius Hist. medicina part. 2. p. 61.

Lambecius coment. de Bibl. vos. ed. Kolar. T. 3. cod. 29. et 30. exhibet Mss. graeca Jo. filii Mesue Damasc. librum de simplicibus medicamentis purgantibus, in quinque Tnemata seu sectiones divisum; eum vixisse ao 1138. ex Gesnero, et eundem esse autumat, de quo Leo Africanus; Vossii hic videes Anachronismum.

Mangettus denique in Biblioth. Script. medic. T. 2. part. 1. p. 321. unicum adfert Jo. Mesuem, et quidem seniorem, nempe Califae Rashid familiarem, de quo Leo affric. Sed huic opera junioris (: supra ex Fabricio prolata :) adscribit ex Lindenio tenor. hoc modo: "de medicamentorum purgantium delectu, castigatione et usu, libri duo. "Quorum priorem canones universales: posteriorem de

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 26 [heute: London, Wellcome Library, MS 491]

, 42.

" Simplicibus vocant /: ergo Medicam. purgant. Sunt idem cum canone univers. et Simplic.? non ita Fabricius /: Gra" badin, hoc est, compendii secretorum medicamentorum, " libri duo. Quorum prior, Antidotarium; posterior de Appro" priatis". /: Ergo compend. Secret. medicam. unum est cum Antidot. et Appropriatis? aliter iterum Fabricius. /

Profecto Oedipo hic opus esset. Quidquid sit, in codice nostro Grabadin Jais nadatem filii Mesue extare certum est; cujus? nescio; probabilius junioris, secta Nestoriana addicti. Quid vel quantum hujus Grabadin in eo contineatur, nullo modo edicere possum, cum omni destitutus sim facultate consulendi editiones horum operum. His itaque interim utaris; consulas quoque Merckleinium in Zindenio Renovato forsitan tibi plura daturum.

Etsi Zindenius dubitet de Mesue seniore, graecene scripserit an arabice, satis tamen inter eruditos constat, seniorem arabice, arabice vel syriace juniorem scripsisse. Sed quis hoc in latinum transtulerit, an Gerardus Cremonensis, de quo supra Cod. X. an Manardus, an Petr. Apponus, an alius, cujus cura typis evulgata sunt, evinci nequit; id unum Petr. Castellanus apud Gronov. T. 10. col. 902. affirmat, versionem antiquam impolitam quidem, sed fidelem, voces arabicas non paucas servasse.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 26 [heute: London, Wellcome Library, MS 491]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27395